

Band VII., Nr. 2529, Seite 389-390

Schenk Konrad der Ältere von Winterstetten verpfändet mit Einwilligung seiner Söhne Konrad und Eberhard an das Kloster Weingarten teils als Entschädigung für frühere Belästigungen desselben durch ihn, teils gegen Geld die Vogtei über Leute und Güter des Klosters an verschiedenen Orten auf Wiederlösung um 21 Mark Silber.

Waldsee, 1275. September 16.

Futurarum litium exterminatur materia, quando res gesta scripturarum conservatur notitia. Ideoque ego Cunradus pincerna senior de Winttersteten universos scire volo, quod advocatiam, quam dico michi competere ad homines et bona super Siffrandisberc, in Erahtesberc¹ et in Nentridewiler², pertinentia monasterio in Wingarten, in quibuscumque locis ipsi homines dicti manserint, . . . abbati et conventui dicti loci partim in satisfactionem gravaminum eisdem per me illatorum partim pro numerata pecunia cum consensu meorum filiorum Cunradi et Eberhardi omni iure obligavi pro viginti marcis legalis argenti et una, ostendens tam predicta bona quam homines de inmunitate exactionum et servitutis pretextu dicte advocatie michi exhibende usque ad prefati argenti integram solutionem debita pace gaudere. Solvenda quippe erit, prout compositio intercessit, hec predicta pecunia de proprio, non de alieno, ne, quod meis usibus videretur esse subtractum, exactoris alterius gravibus dampnis lederetur. Provisum insuper dicto abbati et conventui profiteor esse, quod de percipiendis in advocatia memoratorum hominum sive bonorum nichil computabitur in supradictam sortem, nec quovis tempore sed tantummodo in festo Johannis Baptiste conductum est ipsius sortis fieri solutionem. Preterea dictus abbas et conventus causam, quam contra me pro recuperatione prescripte advocatie suscepit, si voluerit, exequendi habebit facultatem nulla huic facta renuntiatione. Huic autem facto ne instinctu cuiusvis presumptionis aut ego vel prenominati filii mei attemptemus contraire, hoc instrumentum prescripto monasterio contuli ad cautelam munimine sigillorum reverendi domini R(udolfi) episcopi Constantiensis et capituli eiusdem loci, nobilis viri comitis Hugonis de Werdenberc ac mei expresse signatum.

 Hec sunt acta in Walsei, anno domini millesimo CCLXXV., XVI. kalendas Octobris, indictione tertia, presente magistro

¹Unermittelt, vielleicht Eratsperch, Bergatreute, RV, W.

²Zwischen Bergatreute und Seibranz zu suchen; nicht Neuhaus, Bodnegg, RV, als das ein Nentisweiler in einem alten Weingartener Ortsverzeichnis gedeutet wird.

II

Hainrico de Moribrunne, Cunrado filio meo, Walthero de Husen, C. Salomone, Friderico dicto Heller, Friderico dicto Zuzel, Hainrico dicto Ruhe civibus de Altorf et . . dicto Glarer et aliis.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Vier aus Leinenfäden geflochtene Schnüre sind noch durch die Urkunde gezogen; das Aussehen derselben legt die Annahme nahe, dass die Siegel niemals angebracht waren. Eine gleichzeitige Notiz auf der Rückseite der Urkunde ist fast ganz herausradiert, scheint aber gelautet zu haben: *Littera pincerne quam dedit nobis super advocatia Seibrandsberch*. Eben-
dasselbst steht von einer Hand aus der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts: *Littera Cūnradi pincerne senioris de Wintersteten pro advocatia in Sygebrantsperg*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 515 U 1684

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Waldsee

Ortsindex:

Bad Waldsee Wohnplatz (18837)
 Bad Waldsee, RV
 Eratsperch Wüstung (24077)
 Eratsperch, Bergatreute, RV, W
 Hausen Wüstung (26372)
 Hausen, Riedlingen, BC, W
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Nentrideswiler
 Neuhaus Wohnplatz (19360)
 Neuhaus, Bodnegg, RV
 Obermöll-
lenbronn Wohnplatz (18871)
 Obermöllbronn, Bad Waldsee, RV
 Seibranz Wohnplatz (19090)
 Seibranz, Bad Wurzach, RV
 Weingarten RV
 Weingarten Gemeinde (20557)
 Weingarten
Wohnplatz (20565)
 Weingarten, RV
 Werdenberg, Kt. St.
Gallen, Schweiz
 Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
 Win-
terstettenstadt Wohnplatz (17302)